



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

41. An Sacerdos hæreticus, schismaticus, & excommunicatus non
toleratus habeat potestatem absolvendi in articulo mortis? Et an in tali
casu non solum licitè pœnitens possit à talibus expectare ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

part. contr. 7. tract. 10. disp. 4. sect. 20. num. 10. Bellochius de casib. reserv. part. 1. quest. 2. num. 125. Floronus de casib. reservatis part. 1. cap. 4. §. 20. n. 3. Uguilinus de cens. tab. 1. cap. 4. §. 5. num. 9. Sayrus de censuris lib. 1. cap. 20. num. 28. Coriolanus de casib. reservatis part. 1. sect. 2. art. 16. num. 3. Filliucius de casib. reserv. cap. 8. numer. 8. Caestlinus in compend. Theol. moral. tract. 1. cap. 13. Tannerus tom. 4. disp. 6. quest. 9. dub. 3. num. 75. Suarez tom. 4. disp. 26. sect. 4. num. 3. Henriquez lib. 6. cap. 11. num. 11. Torreblanca in pract. juris spirit. lib. 14. cap. 6. num. 24. Turriamus de penit. disp. 2. 3. dub. 3. Valboa in pralection. Salmanticen. tom. 2. cap. omnis utriusque sexus. de poenit. & venial. num. 35. Verum Sanchez in Summa. tom. 1. lib. 2. c. 13. n. 5. Trullench in Bulla Cruciatæ lib. 1. §. 70. c. 2. dub. 4. numer. 6. Ludovicus à Cruz in Bulla Cruciatæ disp. 1. cap. 3. dub. 28. num. 4. & alij limitant hanc sententiam, dum absolvendum morali necessitate coactus bellum, v.g. seu navigationem aggreditur, secus si voluntate propria id faciat, tunc enim non dicitur propriè in mortis periculo constitutus, cum ipse spontè velit se constituere.

RESOL. XL.

An moribundus possit, quando alius non adest Sacerdos, petere à Sacerdote excommunicato, heretico, schismatico, &c. absolutionem, etiam si fecerit supra dictos cum peccato Sacramentum ministraturos? Ex part. 5. tract. 3. Ref. 58.

Sup. hoc le. ge dicitur an §. ult. Ref. seq. & infra in tr. 5. Ref. 2. & si- gnanter & late in tom. 3. tr. 1. Ref. 43. Respondeo quòd quamvis dicti Sacerdotes præcisi possint, ut in superiori resolutione probatum est, validè poenitentes absolvere, ut tamen licitè possint, necessarium est quòd sint à peccato mortali, contritione, aut aliter justificari, nisi quando periculum ægroti ita urget, ut ob ipsum statim audiendum nequeant conterti, nec aliter justificari, quia tunc licitè possunt, quamvis sint in peccato mortali, & quamvis Sacerdos non sit licitè ministraturos absolutionem, quia justificari potest, & non vult, tunc poenitens in articulo mortis existens potest ab illo absolutionem petere (quando poenitens non timet subversionem ob communicationem cum eo Sacerdote, & quando ob communicationem cum eo non apparet profiteri errorem aliquem illius Sacerdotis) quia tunc petit quòd Sacerdos ille potest licitè facere, si velit, quòd etiam est verum, quamvis Sacerdos ille non sit paratus ad illicitè absolvendum, quia regula illa, nempe quòd nequeat quis inducere aliquem ad id, in quo peccaturus est, quando qui inducitur non est paratus ad id, tantùm est vera quando inducenti non est in præcepto id, ad quòd inducit; confessio autem & receptio sacramentalis absolutionis in dicto articulo est poenitenti in præcepto, imò etiam ipsi Ministro est in præcepto auditio & absolutio. Et hæc omnia docet Hurtado de Sacram. Poenit. disp. 10. diff. 8. doctè, ut semper solet. Cui adde Præpositum in 3. p. q. 7. de ministr. Sacram. Poenit. dub. 5. n. 42. ubi sic ait: In necessitate Sacramentum posse peti à non parato, etiam si putetur peccaturus, scilicet, quando deest alius, nam potest actum exercere absque peccato, & urget necessitas talem actum petendi, propter quam poenitens non censetur Confessarium ad peccatum inducere, vel ejus peccato cooperari. Imò quando desunt alij, poenitens non tantùm potest, sed etiam debet petere hoc Sacramentum ab excommunicato, imò heretico, sic non sit periculum scandali, pervertionis, &c. quia cum communior sententia teneat eum posse absolvere, ut constitutus in articulo mortis

suæ salutis consultat, & ut præcepto confessionis satisfaciatur, tenetur tali confiteri. Hucusque Præpositus. Cui etiam consentit Kellifonius in 3. part. tom. 2. quest. 8. art. 6. dub. 1. & Caestlin. in Compend. Theol. moral. tract. 1. cap. 13.

RESOL. XLI.

An Sacerdos hereticus, & excommunicatus non toleratus habeat potestatem absolvendi in articulo mortis? Et an in tali casu non solum licitè, poenitens possit à talibus expetere absolutionem, sed etiam per se loquendo teneri, quia ex divino præcepto ad confessionem obligatur? Ex part. 4. tractat. 4. & Misc. Resol. 235.

§. 1. Negativam sententiam quoad hereticos, & schismaticos docet Sotus in 4. dist. 18. quest. 4. art. 4. Navarrus in man. cap. 26. num. 26. & Martinus Ledesma 2. 4. quest. 21. art. 6. Quia Sacerdos hereticus, & schismaticus non habet jurisdictionem, quia caret fide, quæ est fundamentum necessarium ad jurisdictionem Ecclesiasticam, & de excommunicato non tolerato idem docuit Medina Cod. de Confessione, q. 32. & Covar. in cap. Alma mater. part. 2. §. 6. quia per excommunicationem aufertur eis omnis jurisdictionis, saltem Ecclesiastica; sed meritò contrariam sententiam docet Cano, Suarez, & Valquez, quos citat, & sequitur Gaspar Hurtado de Sacram. disp. 10. de poenit. diff. 8. quibus ego addo novissimè doctum Guilielmum Mercerum de Sacram. in 3. part. D. Thom. q. 8. art. 5. dub. 6. num. 2. Layman lib. 5. tract. 6. c. 12. num. 13. Barbosam in collect. in Concilium Trident. sess. 13. c. 7. num. 15. & alios penes ipsum, quod probatur ex Concilio Trident. sess. 44. cap. 7. ubi sic ait: Pœ admodum in Ecclesia custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, atque ideo omnes Sacerdotes quolibet poenitentes à quibusvis peccatis, & censuris absolvi possunt; unde triplex ista universalitas, nempe quilibet poenitens, à quibusvis peccatis, per quemlibet Sacerdotem, nihil relinquit excipiendum: Prima comprehendit omnes poenitentes, etiam excommunicatos, hereticos, &c. Secunda omnia peccata affecta quacumque reservatione, & censura, Tertia omnes Sacerdotes quacumque censura, vel culpa ligatos, etiam non approbatos. Nec credendum est, Ecclesiam in tali casu nolle concedere potestatem absolvendi.

2. Notandum est tamen, in tali casu poenitentem non solum licitè, ut observat Mercerus, à talibus Sacerdotibus hereticis, schismaticis, &c. expetere absolutionem, sed etiam, per se loquendo, teneri, quia obligatur ad confessionem ex divino præcepto quòd commodè impleri potest, & hoc procedit, ut optimè observat Hurtado, etiam si talis Sacerdos non sit licitè ministraturos absolutionem, quia justificari tunc possit, & non velit, etenim tunc poenitens petit, quòd Sacerdos potest tunc licitè facere, si vult, quæ omnia limitanda sunt, quando poenitens non timet subversionem ob communicationem cum tali Sacerdote, & quando ob communicationem cum eo, non apparet profiteri errorem aliquem dicti Sacerdotis.

RESOL. XLII.

An Sacerdos nominatim excommunicatus, vel publicus Clericus percussor, hereticus, schismaticus, &c. habeat potestatem in articulo mortis absolvendi mo-

